



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XCV. Markgraf Woldemar bestätigt eine von Heinrich genannt Wokenstedt  
und Betetin von Hemerde vorgenommene Schenkung zu Domcapitel zu  
Stendal, am 26. Juni 1319.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

de Stendal dicte Ecclesie donavit, Renunciantes dicte proprietati et omni iuri, quod nobis ex quacunque causa possit competere uel nostris successoribus in choro predicto. Et ne apud posteros de hoc valeat dubitari, hanc litteram super eo dari iussimus nostro sigillo firmiter communitam. Testes fuerunt presentes Nobilis vir guntherus comes de keuerenberg, droyfeco noster dapifer, Johannes de crochere, fritso et heinricus de schepeliz, milites, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde Anno domini M°. CCC°. Decimo nono, feria tertia post dominicam letare.

**XCIV.** Markgraf Woldemar vereignet der Kirche zu Niendorf bei Stendal die ihr von dem Bürger Walto geschenkte Hebung von 1 Wispel Getreide in Ostheren, am 20. März 1319.

I. n. d. a. Nos Woldemarus — propter deum ac instantiam humilem henningi de bruncow — dedimus — Ecclesie in Nyendorp prope stendal proprietatem omnimodam unius chori duri frumenti, quem civis noster de stendal dictus valco dicte Ecclesie donavit, qui chorus situs est in villa Ostherren. — (Alles übrige lautet wie in der vorstehenden Urkunde.)

**XCv.** Markgraf Woldemar bestätigt eine von Heinrich genannt Wokenstedt und Betekin von Hemerde vorgenommene Schenkung dem Domcapitel zu Stendal, am 26. Juni 1319.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, recognoscimus ac in memoriam geste rei deducimus sempiternam, Quod propter deum, nec non propter instantiam humilem discretorum virorum, domini Heinrici dicti wokenstede, Ecclesie Stendalensis vicarii, necnon Betekini de Hemerde, civis nostre de stendal, dedimus et presentibus litteris sollempni natione donamus Altari sancti Johannis Ewangeliste, sito in capella Ecclesie sancti Nicolai stendalensis, proprietatem unius chori duri frumenti in villa ghor, quem chorum dicti vicarius et civis salutari remedio animarum suarum ac parentum suorum dicto altari donaverunt, suis denariis contentum, possidendum perpetuis temporibus, liberum absque omni onere precarie et servitii, pleno jure a. omnimoda libertate, iusto proprietatis titulo pacifice et quiete. Renunciantes dicte proprietati renunciatione sollempni, quoad nos et nostros heredes, necnon omni juri, quod nobis ex causa quacunque possit competere in futurum. Dicti quoque altaris vicarius, qui pro tempore fuerit, celebrabit sempiternis temporibus, omni secunda feria missam pro defunctis in salutem animarum predictorum parentumque eorundem et memoriam peraget salutarem. Et ut presens nostra et dictorum pia donatio celebrata salubriter in omnipotentis dei oculis placida semper permaneat incommota, hanc litteram super eo dari iussimus, nostri sigilli robore fideliter communitam. Testes vero ad hoc vocati sunt, nobilis vir, guntherus comes de Keverberg, Redeko de Redere noster marscalcus, Brofeco pin-cerna, ffredericus de schepelitz noster advocatus, milites. Everardus prepositus berlinensis, et Hermannus de luchowe, nostri capellani, cum aliis fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini Milleesimo Trecentesimo Decimo nono, die beatorum Johannis et Pauli.